

Deo suscepta, à tribulatione mundana: Tribulatio, quæ à mundo provenit, detinet; & sic dicitur de Petri socra: Tenebatur magnis febribus. Luc. 4. num. 1. ac veluti navis, jactis anchoris, retinetur, ne gradum faciat, sic tenebatur anas febrium magnitudine; At tribulatio pro Deo in domesticis suis velocissimæ alæ sunt, ut in cælum ascendas: Hi sunt qui venerunt ex tribulatione magna. Ipsa tribulatio alas ministravit, ut felicissimè transirent in cælum; sic ait Divus Augustinus in Psal. 103. Iob ille Sanctus sedebat in stercore, & currebat in via.

Tenebatur Petrus in vinculis Herodianis; ministerio unius Angeli ab illis est ereptus; custodes autem, cum vidissent vincula, ac carcerem sine Petro: Tunc non parva turbatio inter milites, quidnam factum esset de Petro. Actor. 12. n. 8. explicatus Græcus legitur: Quod tandem Petrus factus esset: Ac si à tantis vinculis non posset, nisi aliquod magnum, ac divinum exire; quod expendens Caeteran. introducit milites loquentes inter se; An convulsus fuisset Petrus in aliquo numen? Et quidem prudenter meditantur, quod à tanto carcere, ac vinculis Petrus non posset se expedire, ut homo, sed ut quid divinum; vincula pro Christo talem agilitatem, ac virtutem dant, ut a nulla re creata retineri, ac impediti possit Petrus, sed omnibus superior felicissimè pertransit.

De iustis, ac sanctis afflictis ait Regius Vates. Psalm. 43. n. 12. Deditis nos, tanquam oves escarum, & in gentibus dispersisti nos; hoc est, Domine, deditis nos, tanquam oves, quæ præparantur in escas, & cibos, & ad hoc nos fecisti dispersos per omnes gentes totius orbis, ut nos premerent, & mandocarent, tanquam oves; pro eo quod nos habemus: In gentibus dispersisti nos, transtulerunt Symmachus, & Aquila: Et in gentibus venisti ad nos. Ex cur iusta ipsa pressura ac persecutione dicitur ventis ari? quid ventilatio cum persecutione, sicut id, quod ventilator, multa vi, ac efficacia in altum projicitur, sic iustus dum premitur, ac vexatur, ipsamet pressura, tanquam ventilatio, in sursum fertur, & elavatur, ut magna efficacia, ac conatu in cælum evolet, Divus Gregorius Magnus, relatus in Glossa cap. 3. Exod. num. 7. Vidi afflictionem populi mei; sic ait Sanctus Doctor. Reprobatorum nequicia electorum vitam, quasi grana à paleis separavit: & dum affligit, expedit; quia dum violentiam ingerit, festinare ad superna compellit.

De iustis, ac sanctis afflictis ait Regius Vates. Psalm. 43. n. 12. Deditis nos, tanquam oves escarum, & in gentibus dispersisti nos; hoc est, Domine, deditis nos, tanquam oves, quæ præparantur in escas, & cibos, & ad hoc nos fecisti dispersos per omnes gentes totius orbis, ut nos premerent, & mandocarent, tanquam oves; pro eo quod nos habemus: In gentibus dispersisti nos, transtulerunt Symmachus, & Aquila: Et in gentibus venisti ad nos. Ex cur iusta ipsa pressura ac persecutione dicitur ventis ari? quid ventilatio cum persecutione, sicut id, quod ventilator, multa vi, ac efficacia in altum projicitur, sic iustus dum premitur, ac vexatur, ipsamet pressura, tanquam ventilatio, in sursum fertur, & elavatur, ut magna efficacia, ac conatu in cælum evolet, Divus Gregorius Magnus, relatus in Glossa cap. 3. Exod. num. 7. Vidi afflictionem populi mei; sic ait Sanctus Doctor. Reprobatorum nequicia electorum vitam, quasi grana à paleis separavit: & dum affligit, expedit; quia dum violentiam ingerit, festinare ad superna compellit.

De iustis, ac sanctis afflictis ait Regius Vates. Psalm. 43. n. 12. Deditis nos, tanquam oves escarum, & in gentibus dispersisti nos; hoc est, Domine, deditis nos, tanquam oves, quæ præparantur in escas, & cibos, & ad hoc nos fecisti dispersos per omnes gentes totius orbis, ut nos premerent, & mandocarent, tanquam oves; pro eo quod nos habemus: In gentibus dispersisti nos, transtulerunt Symmachus, & Aquila: Et in gentibus venisti ad nos. Ex cur iusta ipsa pressura ac persecutione dicitur ventis ari? quid ventilatio cum persecutione, sicut id, quod ventilator, multa vi, ac efficacia in altum projicitur, sic iustus dum premitur, ac vexatur, ipsamet pressura, tanquam ventilatio, in sursum fertur, & elavatur, ut magna efficacia, ac conatu in cælum evolet, Divus Gregorius Magnus, relatus in Glossa cap. 3. Exod. num. 7. Vidi afflictionem populi mei; sic ait Sanctus Doctor. Reprobatorum nequicia electorum vitam, quasi grana à paleis separavit: & dum affligit, expedit; quia dum violentiam ingerit, festinare ad superna compellit.

QUÆSTIO XXIX.

Quare sancti dicuntur lavari, & dealbari sanguine Christi, cum sanguis albedinem deleat, & rubicundum faciat?

Varabius, & Erasmus legunt: dilataverunt, cum nostra vulgata, juxta radicem Græcam, habeat: Dealbaverunt; unde etiam, ut jam dixi, non est audiendus Petrus Faber, libro 2. Agnostic. capite 12. qui vult,

has stolas rubeas à sanguine Agni; hoc aperte repugnat cum nostro textu.

Dicitur in text. Qui venerunt ex tribulatione magna, & laverunt stolas suas. Optimus sanè nexus, quod qui venerunt ex tribulatione, laverunt se, & dealbaverunt se tribulatio, veluti fornax ignis; maculas peccatorum abstergit, & purificat; & per gratiam Christi nitidi, & speciosi efficiuntur; hoc significavit Divus Augustinus in Psal. 53. Ad hoc exagitat tribulatio, ait, ut eximiat vas, quod plenum est nequitia, & impletur gratia.

Tota diffi ultas est, quomodo dicatur de omnibus sanctis in cælesti patria: dealbaverunt stolas suas in sanguine Agni? Nam sanguis potius habet vim maculandi, quam abluendi, & dealbandi, quomodo sanguis Christi, qui verus fuit sanguis, utrumque fecisse legitur? Sanguis rōnne potius ruborem, quam abedinem introductur? Maculas potius, quam munditiam? quomodo ergo contrarium in sanguine Christi experitur?

Et quantum ad literam, jam patet solutio ex dictis in expositione; dicuntur lavasse stolas suas in sanguine Agni; quia meritò, & virtute sanguinis Christi munditiam animæ suæ, & candorem iustitiæ, & pulchritudinem virtutum sibi comparantur; Phas autem hæc, dealbaverunt stolas suas, intelligenda est de animabus nostris, ac conscientis, quæ lotæ, & dealbatæ sunt in Baptismo, in penitentia, ac aliis Sacramentis; & deinde etiam, charitatis, ac jejuniæ, ac mortificationis, altarumque virtutum operibus, ut rectè hic explicant. D. Ambrosius, Ansbertus, & alii, quibus super nivem dealbati, puri, & mundi lumen in conspectu Dei; tamen de hac re aliqua ex sanctis Patribus proferamus.

Secundò Divus Bernardus sermone 1. In die Paschæ. Hanc dealbationem primò refert ad aquam, quæ simul, cum sanguine de latere Domini exivit; Ac si in illo pretiosissimo sanguine, sit pretium sanguinis, ut redimat, sit virtus, aquæ ut abluat; secundò refert ad Agnum novellam, cujus sanguis est lacteus. Sic ait D. Bernardus: Agnum hæc sunt sanctorum dealbatorum; qui laverunt stolas suas, & candidas effecerunt in sanguine Agni: quia exivit cum eo, & in eo aqua dealbans; & resimonium perhibet ipse, qui vidit; Aut certe candidas in sanguine Agni novelli, sanguine candido, & rubicundo, sicut habes in Cantico Cant. 5. Dilectus meus, ait sponsa, Candidus, & rubicundus. Expende illud, & accito, & rubicundo sanguine Agni: ut denotaretur, quod sanguinis Christi videatur lactis participare naturam, ut mundet, & dealbet; quod expressius docet hic Albertus Magn. Quia sanguis, ait, per multam decoctionem fit lac, sicut patet in naturali generatione lactis, quando generatur ex sanguine in mammillis, & ideo quia sanguis Christi maxime fuit decoctus in Passione; ideo dicitur habere naturam lactis.

Obiter nota, quod sancti dicuntur dealbati; At Virgo Maria, non dicitur dealbata, sed candida: Cantic. 8. num. 5 dicitur, Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delictis affluens, univisa supra dilectum suum? Ubi D. Ambrosius, serm. 14. in D. At. br. Psalm. 118. legit: Quæ est ista, quæ ascendit candida? Cur verò alii sancti dicuntur dealbati; Maria Virgo verò candida, pro quo advertit,

te, esse differentiam inter album, & candidum. Illud dicitur album, quod prius vel forde, vel alio colore infectum fuit; & inde dicitur album, quia superposito albo, redditur album. Psal. 1. num. 18. Si peccata vestra fuerint sicut coccyrum, quasi nix dealbabitur. Sic trita paromia dicitur, & hyopem dealbare. Candidum autem illud dicitur, quod nunquam alio colore infectum fuit, sed semper suum nativum nitorem, & ingenitam pulchritudinem retinet; indeque talis color in sacris literis Deo, ejus capillis, ac vestimentis signanter adscribitur de suo dilecto Christo Jesu ait sponsa Cantic. 5. num. 10. Dilectus meus candidus. Apocalyp. 1. num. 14. Caput ejus, & capilli candidi.

Isai. 2.

Cant. 5. Apocal. 6.

Daniel 7. Virgo Maria candida, & pura sine peccato originali.

D. Hidelf.

Iust. Martyr.

Gen. 49. Sanguis Christi virtutem habens, & divinitate mundat.

248. Rupert.

Martyres suam victoriam Christo tribuunt. Joachim.

Ioan. 16.

249.

Christus suorum labores, ac passionis, & reputat.

Abalon Abbas sermone 42. qui est de Sancto Victore. Non immerito, ait, Sanctorum Martyrum sanguis Christi esse dicitur, qui sunt membra Christi: sicut enim sanguis, qui fluit de manu tua, vel de latere, vel de quocumque alio membro, verè sanguis tuus dicitur esse; ita & sanguis ille, qui fluxit de membris Christi, nempe Martyribus, verè sanguis Agni esse perhibetur. Similiter & Lyranus. Ideo merito dicitur sanguis Agni, quia est sanguis membrorum ipsius, in quibus dicit se persecutionem pati. Actor. 9. Saule, Saule, quid me persequeris? Hac de causa pauperum elurium, & afflictorum sum, propriam appellat dicens: Esurivi, & dedistis mihi manducare; sitivi, & dedistis mihi bibere. Matth. 25. num. 35. tantum facit laborantium gloriam, ut cum illis pati videatur, eorumque passiones suas proprias dicit D. Chrysol. serm. 14. Dixisse sufficeret, & dedisset mihi potum: sed pramittit esurivi, & sitivi: quia parum fuisset amor pauperis, quod pauperem suscepisset, nisi & passiones pauperis suscepisset, & certe verus amor, non nisi passionibus probatur, Velut amor est, fecisse suas angustias. Vide supra cap. 19. n. 143. 144.

Abel Abb.

Lyranus.

Matth. 25

D. Chrysi.

250.

Matth. 27

D. Chrysi.

Extrema miseris, ubi de aiti est vita, tibi sit mors.

251.

4. Reg. 52

Deploratur homo qui est forte salutis, haurit in similitatem.

Sextò, Profundè, & altè considera. Sancti laverunt, & dealbaverunt stolas suas, & animas suas in sanguine Agni: At perfidi Judæi coinquinaverunt, & macularunt animas suas suorumque filiorum in sanguine Agni, dum clamant: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Mat. h. 27. num. 25. D. Chyroloni homil. 4. de Passione: Magna, ait, plane vis criminis, quæ nec prolixitate temporis aboletur, nec saculorum oblivione repellitur: sanguis hic Domini nostri polluit in presenti. Similiter Tertullian. 2. contra Marc. cap. 15. & alii Patres; 6 summa & extrema miseria, quod ubi in alios tanquam ex fonte dimanat puritas, ipsi hauriunt maculas; unus, & idem est sanguis Christi iustus stagner in albedinem, & nitorem gratiæ; at verò impenitens peccator de communi dealbatorum lavacro reportat nigredinis vetustatem, & albedini resistere perhibet in fuliginæ: juxta arbitrium, ac modum intingit, color, à sanguine dispensatur; penitens albedinem, protervus accipit nigredinem.

Sanatus Naaman verbo parentis Elisæi, in terram suam Syriam pergebat; cum verò Giezi cogitaret quod ipse absque salutis mercede recessisset post mundari tergum cucurrit; vestes mutatorias, & geminum talentum accepit, usuram facere de prodigiosa sanitatis fenore cogitavit, & pro simplici curatione duplicia vestimenta sortitur. Quid tunc Elisæus? Sed & lepra Naaman adhærebit tibi, & semini tuo usque in sempiternum; & egressus est ab eo reprosus quasi nix. 4. Reg. 5. num. 27. O famuli infelicis extrema calamitas! quo sanatur extraneus, proptius ægrotat; familiaris percutitur, quo curatur alienus eademmet vox Prophætæ, quæ laudat medelam ingessit, aggeffit ægri tudinem sano, & à Domino plagam sustinuit, à quo alienigena reportabat salutem: Non aliud debuit Giezi supplicium imponi, quam quo jam absolutus plectebatur Naaman, ut noceret suam extremam miseriam, cum in apotecha medicæ inveniat infirmitatem, & in lavacro puritatis, sordem iniquitatis. Rabbân. Iusto iudicio, ait, lepram erroris, quam credentes deo operant, ipse sibi conservat.

Uti Ozias adoleret incensum, Pontificia licentia, sumpto thuribulo, sanctuarium insidit, & ex pietatis thure iniquitatis suffum vaporate contendebar. Regis autem Sacerdotes compescant: At ille tenens in manu thuribulum, ut adoleret incensum, minabatur Sacerdotibus statimque orta est lepra in fronte eius, coram Sacerdotibus, in domo Domini, super altare thymiamatis. 1. Paralip. 26. n. 19. non lat fuit, quod inficiaretur latentem lepra, sed in fronte, in vertice capitis scabiosa tabes obiit; ubi lamina aurea Sacerdotem exornabat, ibi lepra eum decorat. Cardinalis Hugo: Bene congruit locus ille terra facta culpa. In fronte enim erat lamina aurea, qua Pontificem ornabat; & ideo, quia sciam usurpat iniuste, iuste ibi punitur. Et non lat fuit, ut maculosa plaga in fronte prodiret, sed hoc coram mundi Sacerdotibus, in domo Dei in ejus sacratissimo loco, sanctuario nempe, & super altare thymiamatis; dum Rex thuribulum manuolvebat, paratis prunis, ut suavissimum suffumentum exhalaret, inde frontis purcissimae lepra monstratur: a qua intolerabilis faetor nascebatur; ut execratis sordidum Regem, qui inter mundicie instrumenta, immundissimam lepram contraxit, Thuribulum, ignis, Thymiam, & Sacerdos, non nisi puritatis organa sunt: at ex his ex quibus aliis limpidas deputatur, stolidus tamen Rex misere inquinatus evasit: & quae aliis erant in propitiationem, ipsi misero fuerunt in pessimum opprobrii supplicium.

Apoc. 7. n. 15. Ideo sunt ante thronum Dei, & serviunt ei die, ac nocte, in templo ejus: & qui sedet in throno, habitabit super illos. Num. 16. Non esurient, neque sument amplius, nec cadet super illos sol, neque ullus aestus.

VERSIONES.

Arabic. n. 15. Ideoque modo astant, & serviunt in templo ejus, die, ac nocte; & qui insidet in throno, habitabit in eis. D. Cyprian. Ii sunt in conspectu throni, & serviunt ei diebus, ac noctibus; & is, qui sedet in throno, inhabitabat super illos. Syrus. Et ille, qui sedet super thronum protegit eos. Alii. Umbacula protegit eos. Arabic. n. 16. Non aduret illos sol. Andr. Cas. Non infestabit eos sol, vel ullus aestus. D. Cyprian. Sed neque cadet super illos sol, & nullum

unquam aestum patientur.

EXPOSITIO VIII.



DEO sunt ante thronum Dei, ante ejus divinam maiestatem, fruente clara, intuitiva, ac perpetua visione Dei, ejuldemque intima familiaritate. Serviant ei, felici ac quieta servitute, cultu, cultu nempe laetiae, ac adoratione, ejus laudes, ac magnalia decantantes, ut interpretatur Richard. Victorin. & Albertus Magnus, eique gratiarum actiones referentes, ut explicat Andreas Caesariensis. Die ac nocte, hoc est, perpetuo, incessabiliter, sine intermissione, ut exponit Aretas; nam in caelo non est nox, sed perpetua claritas. Apoc. 1. o. n. 25. sed ut ait Etkius, est phrasim sumpta a tempore hujus vitae, in qua dies, & nox sibi succedunt. In templo ejus, alludit ad templum Salomonis, ut ait Cornelius, in quo Dominus in sancto Sanctorum sedebat. Et qui sedet in throno; in beatis nempe, per dona gloriae conquiescent. Habitabit super illos, ut dicitur 2. Corinth. 6. num. 16. Quomodo habitabo in illis. Habitat super illos sua divina praesentia, providentia & protectione illis quasi incumbendo, se, suaque omnia illis communicando, & exhibendo. Non esuriant amplius. Iisdem verbis utitur Isaias cap. 49. num. 10. & uterque alludit ad hieronicas; id est, sacros athletas, seu pugiles, vel milites: jam victores, & emeritos de quibus late agit Petrus Faber. lib. 2. Agonist. cap. 12. Hi enim, priusquam victoriae gloria patirentur, saepe sitim, & famem pati cogebantur, saepe subdugio degere, atque in medio solis aestu aggeres extruere, caltra vallare, muros conscendere, cum hoste manum conferre, &c. At jam victores, & emeriti ab his omnibus liberi, perpetua quiete, & bravio donabantur, & si aliquando egerent, ex publico alebantur.

QUESTIO XXX.

Quare de Beatis in caelestipatria, tanquam pro magno premio, assignatur eis, quod Deo servent die, ac nocte?

Superiori versu dictum est, quod illi electi in turba magna, venerunt ex tribulatione magna, & subdit modo: Ideo sunt ante thronum Dei, & serviunt ei in templo ejus, & qui sedet in throno, habitabit super illos. Divus Bernardus: Quia, ait, de albaerunt stolas suas per frequentem Passionis memoriam: ideo habitavit super illos per continuam laetitiam. Et sicut anima iusti, dicitur sedes sapientiae, sic & dici potest templum Dei, ac thronus illius Ansberrus: Quia, ait, talibus vestimentis induti, quia sanguine Agni videntur abluti, ipsi enim a conditore suo, tanquam thronus, possidentur, ipsi tanquam templum inhabitantur: & sic non dixit, habitabit in illis, sed

sed super illos, ut eos simul ostenderet templum, & thronum.

216. Servitus Dei, non laboriosa, sed suavis. Quaevis tota est; quare iustis, qui venerunt ex tribulatione, pro magna praemio assignatur, quod serviant Deo die, ac nocte: temporalis servitus, nisi ad longum tempus non protrahatur, ingenuis viris valde dura est, quomodo ergo victoribus: pro praemio tale imponitur jugum, ut die, ac nocte, id est, sine intermissione, servituti sint addicti: non mirum, quia hic est sermo, non de servitute humana, sed de divina, quae Deo exhibetur; & haec maxime exoptanda, & amanda; quia non laboriosa, sed suavis, ac per jucunda. D. August. serm. II. de Sancto. Non est, ait, laboriosa, sed amabilis, & optabilis servitus, in Deo laudibus perpetuo assistere: Dies quippe, & nox vicissitudinem temporis proprie, sed perpetuitatem tropice significant: Nox enim non erit illic, sed dies una melior in aeternis Christi super millia: Haec autem servitus, ut dixi in expositione, consistit in adoratione, laude, ac gratiarum actione erga Deum.

Dicitur in Text. Id est sunt ante thronum, & serviunt ei die, ac nocte. Particula apposita: Ideo, non solum refertur ad illa, Sunt ante thronum Dei; sed etiam ad subsequencia: Serviant ei die, ac nocte. Cur ergo ideo serviunt ei die, ac nocte, quia venerunt ex tribulatione magna; & quia dealbaverunt stolas suas in sanguine Agni: nonne aptius diceret Sanctus fenex; ideo sunt ante thronum, quia serviunt ei die, ac nocte, sicut eis mandatum fuerat: Servite Domino in laetitia? Cur ergo ait; ideo serviunt ei die, ac nocte, quia magnas tribulationes sustinuerunt in vita? Tam praclarum, & excellens est, Deo servire, ut id bonorum operum in caelo, reputetur esse magnum praemium Rupertus: Hic dum vivitur, ait, servitus sive mysterium Dei, labor, & opus est: ibi autem servitus Dei laboris praemium, & servitus merces est.

Dicitur Judic. 2. num. 8. Mortuus est Iosue famulus Domini. Ipso mortuo, ac sepulto in Mausoleo ejus, Epitaphii loco ponitur hoc nobile elogium: Iosue famulus Domini: & certe tanto Duce nihil dignius potuit scribi, ac exarari: nam ut Divus Hieron. in Psalm. 133. tale titulum infinitam dignitatem appellat; Infinita, ait, dignitas est, se dicere, esse servum Domini. Et ita in Mausoleo Iosue, non scribuntur Reges, quos docuerit; victoriae, quas obtinuit; civitates, quas devastavit; Promissionis terrae, quam subiecit; sol, quem ad ejus vocem stare fecit; sed quod fuerit famulus Domini, ac si hic titulus illis omnibus splendidior, ac major sit; & id de eo maxime gloriabatur David praesertim. Psalm. 36. cujus titulus est: In finem sermo Domini ipsi David. Et in Psalm. 15. n. 5. O Domine, quia ego servus tuus. Ubi Idem Hieron. Grandis dignitatis est, & meriti, esse servum Domini.

219. Cum Nabuchodonosor accederet ad ostium fornacis ardentis vidissetque tres pueros, qui in eam ligati fuerant missi, solutis vinculis, in medio flammaram ambulantes, totus admirandus clamavit: Sidrach, Misach, & Abdnago, servi Dei excelsi egredimini. Daniel. 3. n. 93. Cur alio nomine eos non compellat? non dicit eos viros famosos, ac magnos, & potentes quibus igitur, ac elementa obediunt, in totius

orbis admiratione: sed tantum servos Dei dicit, ac si hoc tantum illis omnibus illustrius, ac splendidius esset, nihilque per jucundius, ac saevius illis sanctis pueris dici posset, quam quod servi Dei nominarentur. D. Chrysostomus homil. 8. ad Ephesios cap. 4. Vocem, ait, vocavit jucundissimam, & sciebat, se ea maxime assemari; nam si eos vocasset Reges, si Domino. Orbis terra, non tanta eos affecisset voluptate, quanta, cum eis dixit: servi Dei.

Hinc Paulus scribens ad Philipp. in exordio Paulus, & Timotheus, servi Iesu Christi, cap. 1. num. 1. de more suo non se dicit Apostolum ut in limine aliarum epistolarum observaverat, sed tantum servum Iesu Christi; pro quo audientus est Chrysostomus. Ibidem: Nec ponit suum magistrum nomen, sed aliud quiddam, illudque magnum; servum se ipsum nominat, non Apostolum, Ac si suprema omnium dignitas sit, servum Dei esse, quod de Angelis observat D. Cyrillus. Catechesi. 10. Ministrabant ipsi, ait, quod est officium servitutis; cum de Virgine nasci debebat, ministrabat tunc Gabriel, propriam dignitatem esse reputans, ipsi ministrare, vide supra c. 5. q. 25. n. 2. 27. & q. 26. n. 2. 49.

QUESTIO XXXI.

Quare de beatis dicitur, quod non esurient, nec sument amplius, cum sapientia dicat Qui edunt me, adhuc esurient?

Dicitur in nostro text. de Beatis: Non esurient, neque sument amplius: & tamen Ecclesiast. 24. num. 29. De se testatur ipsa sapientia Dei: Qui edunt me, adhuc esurient. Seu ut legit Tigurina: Qui me comederit, adhuc amplius esuriet. Si ergo qui divinae sunt participes sapientiae, nequaquam satiantur, sed adhuc eam esuriant quomodo in praemium beatorum assignatur, quod non esurient, nec sument amplius?

Respondeo ad quaestionem, quod in praesenti Text. alludit Joanes ad athletas, ac pugiles, ut dixi in expositione, qui post multos labores perperfos, post famem, sitim, nuditatem, aestum solis, ac rigorem nivis, jam emeriti, ac victores constituti, jam nullius rei egebant; sed omnibus abundabant. Ita & beatis omnibus accidit, qui in hac vita famem, sitim, nuditatem ac multos dolores, ac aemulas tolerantes, jam translati in patriam, aeternae vitae gaudio, & triumpho donati, sine ulla molestia, aeterno bono, omnium felicitatum fronte, fruuntur Inebriantur ab ubertate domus tua, & torrente voluptatis tua potabis eos: quoniam apud te est fons vitae. Psalm. 35. num. 9.

Cum autem ait sapientia: Qui edunt me, adhuc esurient; Potest esse sermo de sanctis, vel in via, vel in patria, juxta varias interpretationes; pro quo advertit, esuriam spirituales, (non loquitur de corporali, quia haec non est hic ad rem) triplicem esse. Prima est rei non habitae, ut habeatur; & ita peccator dolore attritus esurit, & sicut gratiam; secunda est